

tale, quod non conuenit alteri in quantum tale, illa necessario formaliter distinguitur, quoniam reduplicatio cadit super rationem formalem. si ergo sit eadem ratio formalis, necessario idem predicat um predicatorum eadem reduplicatione apostola, verbi gratia, si homini in quantum homo, conuenit ride-re, & lapidi in quantum lapis, non: necessario homo a lapide formaliter distinguitur, alias sub eadem ratione conueniret utique.

¶ Quantum ad quarti, dico, quod in diuinis est essentialis distinctio respectu creaturarum, item realis personarum distinctio ad intra, in eadem quos persona est formalis distinctio inter relationem, atque essentiam. Rursum, in eadem persona est distinctio essentialis & intrinsecorum modorum formalis.

Quatuor.

Duodecim
contradic-

¶ Deinde queritur, verum diuina perfectiones, seu attributa distinguantur ex natura rei ab inuicem. Ad quod dico, quod imo.

¶ Ad quod probandum induco duodecim contradictiones, in diuinis perfectionibus fundatas.

- 1 Prima, quod intellectus est principium productum verbi, non voluntatis: quod voluntas est principium productum spiritus sancti, non ipse intellectus. Similiter intellectus diuinus intelligit, voluntas diuina non intelligit. similiter diuina voluntas vult, diuinus intellectus non vult. Secunda contradictionis fundatur in actu intelligenti, & volendi: quia actus intelligenti diuinus terminatur ad omniam bona, quam mala: actus autem volendi terminatur tantum ad bona. Tertia contradictionis fundatur in actu volendi. Deus enim habet actu voluntatis respectu omnium vitiorum, & habet actu voluntatis respectu omnium bonorum, & non habet actu voluntatis respectu bonorum. ergo hi actus distinguuntur ab initio ex natura rei, scilicet omni actu intellectus creatus. Quarta contradictionis fundatur in voluntate signi, & benefacientia: sic Deus volunt omnia, quae facta sunt ab eterno voluntate beneplaciti, alioquin nunquam fuisse facta: & tamen noluit omnia voluntate signi, quia multa prohibuit.
- 5 Quinta contradictionis fundatur in potentia ordinata, & absoluta. Nam vulgo dicitur, & verum est, quod multa potest Deus de potentia absoluta, quae non potest de potentia ordinata: ut iustos damnare, & dannatos salvare. Sexta contradictionis fundatur in notitia visionis, & simplicis intelligentiae. Anima enim Christi notitia simplicis visionis cognoscit omnia, quae & verbum, non autem notitia simplicis intelligentiae. Septima contradictionis fundatur in diuina sapientia, & scientia, eas proprie accipiendo, prout sapientia est eternorum, scientia temporarium. Nam Deus habet sapientiam de sua essentia, non autem scientiam: & de temporalibus habet scientiam, non sapientiam ergo sapientia, & scientia for-
- 2 maliter ex natura rei distinguntur in Deo. Octaua contradictionis fundatur in diuina iustitia, & misericordia, quibus distincti conueniunt actus, ita quod per misericordiam saluantur, qui per iustitiam damnarentur. Non 9 fundatur in actibus frumenti, & utriusque qui in Deo formaliter sunt. Nam fructus, non virtus simili- ter uitur creaturis, non fructus. Decima contradictionis fundatur in infinitate, & necessitate. Infinitas namque repugnat relatione diuina, cum infinitas sic perfectio simpliciter: & tamen necessitas non repugnat ei, cui utrumque emanatio sit necessaria. Undecima contradictionis fundatur in substantia, & spiritualitate. Nam ratione substantia communicaat Deus rei materiali, non secundum quod spiritus. Duodecima contradictionis fundatur in causali- tate, & eternitate. Demonstrabile enim est Deum es-

se eternum, non autem fortassis, quod sit omnium causa effectiva. Hoc Franciscus. Qui de ista materia scribit diffusè, & suo modo subtiliter, arque ex praetextis contradictionibus nictur persuadere, distinctionem formalem ex natura rei inter attributa diuina, quia vt ait: Ea, de quibus demonstrantur diversa, & quibus conueniunt opposita etiam contradictione, omni actu intellectus seculo, ex sua distinctione tangam positionem Durandi de ista materia.

¶ Duradus ergo inter cetera scribit: Eorum que sunt in Deo, & creaturis, quedam correspondunt Deo secundum oppositionem, ut infinitum in Deo, & finitum in creaturis. Quodam secundum causalitatem, vt creator, & creatura: Quodam secundum analogiam, & proportionem, vt sapientia in Deo, & creaturis, sicut de bonitate, iustitia, & consimilitudine. Ea, que sunt prima oppositionis, & secundum, non dicuntur propriæ attributa, vel saltem non faciunt difficultatem in questione proposita, sed solum illa, que sunt tertii modi, in quibus Deus & creatura conueniunt. Hoc autem sunt que in sua ratione imperfectionem non includunt, neque excludunt. Nam si eam includeret, Deo non conuenirent: si eam excluderent, non conuenirent creaturis. Infuper differt quare, rei, an attributa accipiuntur in Deo absque habitu- ne ad creaturam, & virum corum differentia accipiuntur in Deo etiam abique habituinde tali. Si quistio pro cederet primo modo, & attributa vocarentur quae conueniunt Deo secundum oppositionem ad creaturas, vel secundum causalitatem, ut esse infinitum, esse creator: sic dicendum, qd nihil tale potest concepi esse in Deo, et a quo cunque intellectu, nisi in habituinde ad creaturas. Nihil enim concepi potest sine eo, quod clauditur in sua ratione, sive includatur ut pars essentialis, sive ut obiectum vel terminus actionis vel relationis. Sicut non potest intelligi dealatio sine albedi- ne, sive includatur per medium oppositionis, sicut includit habitus in ratione priuationis, vel affirmatio in ratione negationis; sicut eçitas non potest intelligi, non intellectu viuis nec non hō, homine non intellectu, sed ratione eorum, que attribuitur Deo per modum causalitatis, est creatura per modum termini, vel obiecti, vel correlati, vel pater de creator, & creatura. Creatura enim est terminus vel obiectum creationis, vel potentia creandi. Est quoq; terminus relationis, qua Deus refertur ut creator. Por- tu ratione eorum, que conueniunt Deo per oppo- sitionem ad creaturas, est aliquid creatum, sicut habitus est de ratione priuationis, vel affirmatio de ratione negationis, ut patet cum Deus dicitur infinitus. Est enim infinitum, dicit priuationem, vel negationem finitatis, que finitas non potest esse nisi in crea- turis: ideo non conueniunt Deo, nisi in habituinde ad creaturas: & per consequens nec eorum conueniunt, nec differentia. Si autem attributa vocarentur perfecciones positivæ, communes Deo, & creaturis, quae non dicuntur secundum aliquam causalitatem Dei ad creaturas, sicut est intelligentia, voluntas, iustum, & huiusmodi planum est, qd talia conueniunt Deo secundum se alijs habituinde ad creaturam, & pos- sunt intelligi esse in Deo, abique habituinde ad quocunque creaturam. Si vero quistio intelligatur secundum modo, videlicet virum distinctio- tam attributorum possit esse in Deo absque ope- ratione intellectus comparantis Deum ad creaturam est triplex opinio: Vnde, quae ponit, quod attributa ista differunt in Deo formaliter ex natura rei ante omnem operationem intellectus: quae opinio qua- tuor

Positio
Durandi.

Quæ que
in creatu-
ris sunt
Deo cor-
repon-
dant.

Triplex

opinio-